

ei quiddam esse secreti: quod nollet profiteri. et nihilominus custodiebatur eum ne proficeret. Decreuit ergo publica voce omnes testans. non cibi se nec potus quippiam sumere: nisi dimitteret. Et post septem dies inedia tandem relaxatus causa: ac valedicentes plurimis: cum infinito agmine sequentium venit bethyriam. ubi psualis turbis ut reuerterentur: elegit quadraginta monachos qui haberent viaticum. ut possent ieiunantes ingredi. id est post solis occasum cibum sumere. Quinta igitur die venit pelusius visitatisque qui in vicina heremo et in loco qui lychonos dicitur: morabantur. preiit triduo ad castrem thonabston: ut videret draconium episcopum et professorem qui ibi exulabat. Quo incredibiliter solato tanti viri presentia. post alio triduum multo labore babilonez puenit: ut inuiseret philonez episcopum et ipsum professorem. Constantinus. n. rex arrianorum fauens heresi: utrumque in ea loca deportauerat. Inde egrediens per biduum venit ad oppidum afroditon. ubi conuento diacone baylano: qui locatis duo medibus. camelis. ob aquae in heremo penuriam consueuerat euntes ad antonium ducere. profusus est fratribus instare diem dormitiois beati antonii: et puigilez noctem in ipso quo defunctus fuerat loco: a se ei debere celebrari. Tribus ergo diebus per vastam et terribilem solitudinez tandem ad montem altissimum puenierunt. repetitis ibi duobus monachis. ysaac videlicet et plusiano: quorum ysaac interpretis antonii fuerat. Et quia se prebet occasio: et ad id loci venimus. dignum videtur breui sermone habitaculum tanti viri describere. Saxe et sublimis mons per mille circiter passus ad radices suas aquas exprimit. quarum alie arene ebibunt. alie ad inferiora dilapse: paulatim rivum efficiunt. Supra quem ex utraque ripa palme innumerabiles: multum loco et amenitate et comodi tribuunt. Videres namque senem huc atque illuc cum discipulis beati antonii discurrere. hic agebant psallere. hic orare. hic operari. hic sessus residere solitus erat. Has vites. has arbusculas ipse plantauit. illam areolam manibus ipse proposuit. Hanc piscinam ad irrigandum ortulum multo sudore fabricatus est. istum ad fodiendum humum plurimis annis habuit. Jacebat homo in stratu eius: et quasi calens adhuc cubile desolabat. Erat autem cellula non plus mensura per quam drum tenens: quam homo dormiens extendi poterat. Preterea in sublimi montis vertice quasi per coeleas ascendentes. et arduo valle nisu due eiusdem mensurae cellule videbantur. in quibus venientium frequentiam et discipulorum suorum contubernia fugiens moratus est. vix he in viuo excise saxo: ostia tamen adita habebant. postquam autem ad ortulum venerat: videtis inquit ysaac hoc pomerium arbusculis consitum: et oleribus virens. ante hunc ferme triennium cum onagrorum grex vastaret. unum e ductoribus eorum stare iussit: baculoque tundens latera eius ait. Quare promedistis quod non seuisistis? Et exinde exceptis agris ad quas potadas ventitabant: nunquam eos nec arbusculas nec olera contigisse dicebant. Preterea rogabat senex ut sibi locum tumuli eius ostenderet. Qui cum seorsum eum abduxissent: utrumque monstrauerunt ignorat. causam occultandi iuxta preceptum beati antonii fuisse referentes. ne pergamus qui in illis locis ditissimus erat: sublato ad villam suam sancti corpori martyri fabricaret. Igitur reuersus afroditon: duobus tamen secum fratribus in vicina heremo moratus est. tanta

abstinencia et silentio dedit: ut eum primum se cepisse christo huius diceret. Porro iam triennium erat. quod clausus celum illas terras arefecerat: ita ut vulgo diceretur antonii morte etiam elementa lugere. Fama quod hylarionis non latuit incolas loci illi. et certatim viri et mulieres ore laudi et attenuati fame: pluuia a suo christi. id est a successore antonii discipulabantur. Quos ille cernens mire doluit. eleuatisque ad celum oculis. et utrasque in sublime erigens palmas: statim impetrauit quod rogauerat. Ecce autem sities areno saque regio postquam pluuia irrigata est: tanta serpenti et venenatorum animalium ex improviso ebullit multitudinez ut percussu innumerabiles nisi ad hylarionem percurrisset: statim interiret. Benedicto itaque oleo uniuersi agricolae atque pastores. tagetes vulnera: certam salutem presumebant. Vides autem se esse ibi miris honoribus affici. preiit alexandriam inde ad iterum monasterium oasan transitur. et quia nunquam ex quo cepit esse monachus in urbibus manserat. diuinit ad quosdam fratres notos sibi in bruchium haud percul ab alexandria. Qui cum miro gaudio suscepisset senem. et iam vicia nox esset: repetere audiunt discipulos eius asinum sternere: illumque parere proficisci. itaque aduoluti pedibus eius rogabant ne hoc faceret. et ante limen perstrati: citius se mori quam carere tanto hospite testabantur. Quibus ille respondit. Idcirco abire festino ne vobis molestiam generem. Certe et posterioribus agnosceret: non frustra me subito recessisse

Igitur gazeses altera die cum lictoribus profecti. nam per die eum velle pergerat intrantes monasterium. cum illum minime reperissent adinuicem loquebantur. Nonne haec sunt quae audiuiimus? Magister est: et futura pergit. Urbs. n. gaza postquam profecto de palestina hylarione: iuliano impio successerat. destructo monasterio eius. precibusque ad imperatorem datus et hylarionis et esycij mortem impetrauerat. amboque ut quererentur toto orbe scriptum est. Egressus ergo sanctus hylarion de bruchio per inuiam solitudine intravit oasam. ibique anno postquam minime exacto. quia illuc quod eum sui fama puenerat quia in oriente latere non posset. ubi multi illum et opinione et vultu nouerant. ad solas nauigare insulas cogitabat. ut quae terra vulgauerat: saltim maria celarent. Eodem ferme tempore adrianus discipulus eius de palestina superuenit: dicens iulianum occisum. christiana num impatores regnare cepisse. reuerti eum debere ad monasterium sui reliquias. Quod ille audiens detestatus est. et conducto camelo per vastam solitudine venit ad maritimas vias lybie paratonium. ubi adrianus infelix volens palestina reuerti. et pristinas sub nomine magistris querens gloriam: multas ei fecit iniurias. Ad extremum conuastatis quae a fratribus eius missa detulerat. nesciente eo profectus est. Super hoc sane: quia alter locus referendi non est. hoc autem tamen dixerim in terrores eorum qui magistris despiciunt. quod post aliquantum temporis morbo regio computruerit. Habens ergo senex sexagennium secum: ascendit classem: et sicilia nauigabat. Cumque venundato euangeliorum codice quem manu sua adolescens scripsisset: dare nauis disponeret. in medio ferme adria nauicleni filius arreptus demum clamare cepit: et dicit. Hylarion huius dei cur nobis per te et in pelago tutos esse non licet. Da mihi spacium donec ad terram veniam: nec hoc eiectus precipit in abyssos. Cui ille. si deus me ait tibi concedit ut maneat: mane. Sin autem ille te eiciet: quid mihi inuidiam facis homini peccatori atque medico. Hoc au-